



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

B. Ioannis Apostoli & Euangelistæ festo Paraphrasis in Lectionem
Ecclesiast. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

IOAN. LANS. CARTHVS. SERMONES

92
quam in Domino, ut nihil eorum in vobis vivat, optantibus sanctimonianis seruare & pacem, & ad omnes charitatem in Christo Iesu Domino nostro, qui est in secula benedictus, Amen.

IN FESTO BEATI IOANNIS APOSTOLI, & Euangelistæ: Lectio Ecclesiastici decimoquinto.



*V*I timet Deum, faciet bona: & qui continens est in iustitia, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite, & intellectus & aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non fletetur, & continuebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesia aperiet os eius, & implebit illum spiritu sapientie & intellectus, & stola glorie induet illum. Incedit aeternam & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine eterno hereditabit illum, Dominus Deus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIENEM.

Prou. 1. 9.
Eccl. 1.
Eccl. 4. 9.

Timor seruili qui dicitur.

Hugo.

Timor humana quis.

Timor carnalis quis.

Timor filialis ac sanctus quis.

Halm. 8.

Cum initium sic sapientia timor Domini: sicut quod Ecclesiasticus habet, in ut paradiſus benedictionis, corona iustitiae, plenitudo sapientie, recte sanctissimus Apostolus & Euangelista hic à timore laudatur Deus non tamen a quoquis timore, sed filiali ac sancto, quo filius suum, quem amat, patrem timet offendere, timet iratum ceddere, timetque aliquid de eius voluntate negligere. Est enim multiplex timor non æquè laudandus. Nam timor quidem est seruilis, qui peccare metuit, ac cauet solo timore prætractus, non virtutis neque Dei amore. Hic ad salutem non sufficit, hinc timor nec aliter laudatur, nisi quod ad conuercionem aliquo modo disponit, & ad vitanda assuefacit peccata. Seat enim hic timor cum peccato mortali. Hoc timore mulier metuit adulteria alienum admittere virum, timens deprehendi a suo marito. De hoc tamen timore Hugo loquens, ita hortatur: Si amor Dei te tenere non potest, saltem te teneat ac terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulphur fortens, flamma tartarea, & omnia mala. Alius est timor humanus, quo malum ne despiciatur, ne displiceat, nec obiurgetur, aut ne temporale quid amittat propter homines tantum vitatur. Hic timor peccandi difficultatem adferre potest, peccandi voluntatem auferre non potest. Sitamen quis timeat hominem iuxta illud, quod sibi propter Deum est timendum, puta superior, cui obedire debet, aut proximus, cuius offensionem, atque tristiam cauere deberet, ne hominem offendendo, Deum offendat: huiusmodi timor non humanus, sed Dei vocatur timor. Est tertius timor carnalis, quo sibi quis timet, viptote molesta aut grauia, atq; sibi contraria horrens. Hec timor quando vitiosa cauet ac animæ noxia, bonus est: quando salutaria, perniciosus. Quartus timor filialis, sanctus, castus ac reuerentialis est erga Deum, permanens non solum in charitate, sed e. iam in seculum seculi. De hoc hodie loquitur lectio hæc Ecclesiastici dicens: *Qui timet Deum, faciet bona.* Ocioſus enim hic timor non est, sed culpā declinat, Dei q; ſam;

sanctum, bona agens. Qui enim Deum timet, nihil negligit. Et qui tenax seu cō-^{Eccle. 7.}
tinens est iustitiae apprehendet ac assequetur illam. Similis est loquendi
modus, ut illud in Euangelio: *Beatis qui esurunt & sitiunt iustitiam, quoniam Matth. 5.*
ipsi saturabuntur. Ita qui tenax est iustitiae, maiorem assequetur iustitiam, ut
iustus iustificetur adhuc. Huiusmodi enim iustitiam querenti, obuiabit *Apoc. 12.*
iustitia, quasi mater filio suo obuiat honorificata. Quo enim magis iustiti-
am & virtutem amat atque honorat, eo magis copiosiorque ei aduenit, il-
lumque amplectitur iustitia. Cibabit illum pane vitae, qui est Dei gratia,
vnde ut vixit spiritu, habet homo. Et intellectus sacræ scripturæ, qui simili modo panis est, quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et aqua sapientiae salutaris, pura consolatione ac donis, quæ de spiritu sancto emanant, potabit illum. De hac aqua loquitur Dominus Iesus, quando dicit: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam.* Et alio loco: *Flumina fluent de ventre eius aqua viua.* Vbi Euangelista idem Joannes *Ioan. 7.*
hoc exponens, ait: *Hoc autem dixit de spiritu, quem erant accepturi credentes in eum.* Ita qui timet Deum, in eo roboretur, nec passione concupiscentiæ aliqua virtiosa à rectitudine deflectetur, ita ut pereat, sed Deus continebit *Psal. 124.*
eum, ac conseruabit, ut non patiatur ignominiam, nec confundetur, cum loqueretur inimicis suis in porta. Hoc est, quando vita huius portam egredi, & inimicis suis accusatoribus respondere habuerit in morte aut in ultimo iudicio, non confutabitur, sed Dominus exaltabit illum, glorificabitque coram proximis suis, & amicum monstrabit. Interim autem Deus os eius in medio Ecclesiæ aperiet, quandoquidem dabit ei os & sapientiam, ad docendum & ad conuincendos eos, qui sanx audent doctrinæ resistere: implebit enim eum spiritu sapientiae & intellectus. Et stola gloria vestigii immortalitatis induet eum. Iucunditatem mentis & conscientiaz (securiæ) *Procur. 5.*
cura enim mens quasi iuge coniurum) & cordis exultationem thesaurizabit, hoc est, tanquam thesaurum cumulabit super eum quem præcipue tunc tanquam thesaurum inueniet congregatum, cum viuendi finis aduenerit: quādo scilicet sua in conscientia nihil nisi Dei bona, gratiam & virtutes, quæ ille Deus in merita & in thesaurum donauit, atque eadem illi imputans tunc coronabit. Denique nomen æternum hæreditabit: quandoquidem *in memoriæ æternæ erit iustus:* & corpora quidem sanctorum licet in pace sepulta *Psal. 31.*
Eccl. 44. sunt, viuent tamen nomina eorum in seculum seculi. Itaque nomen quod nunquam peribit, pura quod vocetur, sit, agnoscaturque ab omnibus Filius Dei, hæreditabit illum, hoc est, in hæreditatem perpetuam illi adfignabit Dominus Deus noster.

EXEGESIS EVANGELII EIUSDEM FESTI Ioannis XXI.

ANequam ea quæ hoc die loco Euangelij in Ecclesiæ recitantur verba *Iean. 11.*
Simoni Petro diceret Dominus noster Iesus Christus, scribit Ioan-
nes post resurrectionis Dominicæ octauum diem ab ijsse Petru cum
sex alijs discipulis piscatum: sed nocte illa nihil ceperunt. *Mane autem f-*
m. 31. Gv. 14.

*Io. stetit Iesu in littore, dicens: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Qui responderunt: Non. Misericordia, inquit illis, ad dexteram natus est rete, & inueniuit. Quodato, tantam cooperunt piscium multitudinem, ut rete vix possint trahere præ multitudine piscium. Venientes autem ad littus, inueniuntur in terra prunas, pescemq; superpositum & panem. Quibus Dominus, Venite, inquit, & prandete. Cum igitur fuissent pransi, ter interrogauit Dominus Petrum, an se, id est, Christum diligenter. Cui terrio respondent, *Etsi Domine, si sis quia amo te*, commisit oves suas, constituens eum universæ Ecclesiæ pastorem prædicensque illi passionem suam, qua Deum esset clarificaturus. Hitaque gestis, surgens Dominus quasi abiturus de loco prandij, quæ hodie num narrat Euangelium, dixit:*

Dixit Iesu Simoni Petro: Sequere me.

Mirum quibusdam videtur, cur soli hic dixerit Petro, Sequere me, cum tamen alii sex discipuli similiter Christum ut magistrum sequerentur: non solus Petrus, sed Christianus etiam unusquisque verus Christum sequi oportet, quia Christum sibi audit dicentem: *Quis vult venire post me, abnegans met ipsam, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Dicendum primo, Christum soli Petru tanquam principi atque capituli Ecclesiæ post se atque vicario instituto, dixisse: Sequere me, quo in illo omnes moneret Christianos se debet sequi, atque sua vestigia imitari. Constituerat enim Petrum (ut dixi) iouum suarum omnium paltoem, quem ut doceret quoque qua oves sibi commendatas via duceret, quoque introducere conaretur, iubet illum Christus se qui, hoc est, post se gradi, ipsis vestigia imitando, iubet quoque oves per eandem viam ducere dicens: sequere me, tu scilicet, & quas tibi committit oves, per vestigia mea (sicut me vidisti ambularem) ut ambulant, instru, duc & dirige. Alio modo de passione hoc credit intelligendum Augustinus. Nam quod paulo ante dixerat, *Cum autem senaueris aliis te uinget, & ducet regi tu non vs, sub audi iuxta naturalem sensituum appetitum, dictum voluit de passione.* Quod etiam alijs nonnullis qui præsentes erant accidit, qui propter Christum ducti sunt ad martyrium, & ad mortem. Quod vero soli hic dicit Petru sequere me, non solum ei passionem, sed passionis & mortis seu quoque similitudinem denunciat. Siquidem quomodo Christus, ita enim est Petrus crucifixus. Iacobus vero australij qui aderant, et si pro Christo sint mortui, non sunt tamen crucifixi. Huic intellectui, puta ut per quelam passio intelligatur, ad stipulantur verba Christi, quando cenata, Petro præsumenti se iturum cum eo in carcerem, atque illi cunctum turum, dixit: *Quo ego vado, non potes me sequi modo hoc est, iam non committeris mihi, sequeris autem postea, id est, tempore alio adhuc futuro, per passionem mortis me sequeris, non solum passionem, sed etiam mortis similitudine.* Tertio quidam hæc verba intelligunt de prædicatione & regimine Ecclesiæ, ac si Petru diceret: Sequere me, hoc est, ego pro me te vicarium substituo, ut post me meas gerens vices, prætis Ecclesiæ, & in prædicationis regimini super animarum officio sis mihi successor. Quapropter Theophilus, Sequere me, inquit, qui educo te ad prædicationem, & totum orbem terrarum in manus tuas tradō.

Conuer-

Petrus consti-
tuitur in pa-
storem uni-
uersalibz Ec-
clesiz.

*Cur Petro
soli dixerit
Christus se-
quere me.*

*Matth. 16.
Lucas 9.*

*Augustin.
Ioan. 11.*

*Petrus ut in-
star magistri
sui sit cruci-
fixus.*

*Matth. 26.
Marc. 14.
Lucas 23.
Ioan. 19.*

Theophil.

Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat
Iesus sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, &
dixit: Domine quis est qui tradet te?

Quando de seipso loquitur Ioannes Euangelista, non aliter se describit,
quam discipulum illum, quem diligebat Iesus. Quo dubium non est, singu-
laria illum dilectionis signa à Christo præ ceteris accepisse. Non autem
hoc ita intelligendum est, vt hoc dixerit Ioannes quasi gloriando in hoc,
quod maiori illum amore, quam ceteros dilexit Christus, tanquam me-
liorem, aut Christi dilectione dignorem se æstimauerit, quia non est di-
ctum, quod Ioannem diligebar ita Christus, quasi Ioanni plus gratia gra-
tum facientis Dominus, quam aliorum cuiquam dedisset. Ne quis enim de
illa dilectione loquitur Ioannes, quæ est vestis nuptialis, puta charitas seu
gratia Dei, cui in futura vita præmium respondebit essentialē, sed loquitur
de familiarī illa dilectione, qua se illi Christus exhibuit amicabiliorem,
quam ceteris. Nam Apostolorum quis in charitate fuerit maior, aut apud
Christum nunc beatior, soli constat illi, qui ponderator est spirituum. Nos
vtrunque scimus à Christo dilectum, Ioannem scilicet & Petrum, & à Chri-
sto vtrunque honoratum. Siquidem Ioanni commendauit matrem suam, Ioan. 9.
Petro commisit Ecclesiam. Scimus quoq; omnes Christo Apostolos & disci-
pulos dilectos. Veruntamen si queratur, An Christus plus dilexit Ioannem,
quam Petrum, dicendum erit illud Sapientis: *Ego diligentes me diligō. Vnde se-
qui necesse est, Dominum se plus diligētes, plus etiam diligere. Petrum verū
constat ex interrogatione Christi, plus alijs dilexisse Christum. Neque enim Proverib. 2.*
Petrum Christus interrogasset, *Simon Ioannis diligis me plus his? nisi ita quo-
modo interrogavit, fuisset. Quo nomine non potest negari Petrum plus
alijs dilexisse Christum. Qui sicut plus dilexit Christum ita iuxta regu-
lam aliam, plus etiam dilectum credamus à Christo oportet. Ediuerso quo-
que, quandoquidem Ioannes se vbiique nominat discipulum, quem dili-
gebat Iesus, necessario etiam sequatur necesse est, Ioannem singulariter præ
alijs dilectum à Christo. Nisi enim ita fuisset, haudquaquam Ioannes hæc
diceret.*

Inter hæc dicendū est, iuxta mentem S. Thomæ, triplicem esse dilectionis
differētiā: Prima in familiaritatis exhibitione sita est. Hoc modo plus Io-
annem Christus dilexit, quam Petrum. Secunda, ex collatione donorum triplex.
dicenda est: & hoc modo Petrum magis dilexisse Christus credēdus est, cui
Ecclesiam commisit, & regni cælorū tradidit claves. Tertia, pésatur ex præ-
cordiali eius amore: hoc modo omnes dilexit. *Cum dilexisset, ait Ioannes frater
eo, usque ad mortem dilexit eos. Ad obiectio-nses vero diluendas supra positas, di-
cendum, quia Petrus Dominum dilexit feruentius, & à Domino dilige-
batur fortius: Ioannes verū amabat dulcius, & amabatur familiarius. Potest
quoq; dici, quia maiore in externa exhibitione dilectionem, blandiorem
solemus præferre erga iuuenes, erga milites, erga eos qui mansuetā habet na-
turalia, erga senes, & erga castas virgines. Idcirco hoc modo familiariori,
blandiorique dilectione exhibuit erga Ioannem se Dominus Iesus: Erant
enim ferme hæc omnia in Ioanne. Fuit enim teneræ atatis, ut pote omnium*

natu minor (vt creditur) vnius & viginti annorum. Secundo, quia à carnis
 continuit delitijs, Christi amore. Putatur enim fuisse sponsus in Cana Galilee,
 cuius Christus interfuit nuptijs. Tertio purissimus virgo fuit. Cui
 ad stipulatur S. Hieronymus, dicens: Hic est Ioannes Euangelista, qui virgo
 est à Deo electus, quem nubere volentem, vocavit à nuptijs Deus. Inde igitur
 magis sibi amicum fecit Christum, iuxta illud Proverbij: *Qui corda dala-*
~~gu munditiam, habebit amicum regem.~~ Et illud Sapientie: *In corruptio facit pri-*
~~ximum Deo.~~ Maior enim (vt Patrum est sententia) virtus est, castitatem se-
 uare, quam dæmones expellere. Damascenus quoque. Quanto, inquit, An-
 gelus homini est superior, tanto virginalis castitas nuptijs est honorabilis.
 Quarto mansuetissimam habuit naturam, ut pote mitissimus & amabi-
 lis. Non tamen est tacendum, quod in hoc quod Ioannem Christus dilec-
 tisse dicitur, minimè derogatur ceteris discipulis, quia & quibusq[ue] sanctis
 & dilectissimis sacerdotibus nequaque maior exhibetur dilectioni
 familiaritas aut blandities, propterea quod de amicitia securi non ha-
 tant, nec familiaritate vberiori indigent. Nam matri suæ multo omni-
 um dilectissime Christum minimè legimus familiariter multum, aut bla-
 ndè locutū, quoniam de eius maxima dilectione erga illum dubitet nemo.
 Adeo namque maturus, ubique matri, aut ei illa loquitur, inueni-
 tur, ut ferme suspectus de duritia haberi possit, cum tamen Mariæ Magda-
 lenæ magnam dilectionis exhibuerit familiaritatē, puta dum lachryma
 eius lauantem pedes laudat: dum coram sorore Martha causante, quod se
 solam reliquerat ministrantem, illam excusat: dum Lazarum eius fratrem
 resuscitabat mortuum, & cum cum plorante plorabat: dum super caput
 suum illam vnguentum effundentem, ab Apostolis murmurantibus deten-
 dit, & dum in horto non inuenio eius corpore in monumento se quærenti
 apparuit. Sequitur: Conuersus Petrus, hoc est, retrospiciens, quis illum
 sequeretur, vidit discipulum, quem diligebat Iesus quoque sequentem. Chry-
 stus enim dicente Petro, *Sequere me, cōtinuo corporaliter sequebatur Christum.* Petrus Petrum verò sequebatur Ioannes, cum quo præcipua illi semper
 fuit consuetudo. Secundum Augustinum neuter illorum intelligebat
 cur dixerit Iesus. *Sequere me.* Sed quid huc attinet, inquis, quod Ioannes hi-
 scipsum describens, meminerit, quod in cena super Domini pectus recu-
 bit, & innuente sibi Petro Dominum interrogauerit, dicens: *Domine quis cō-
 qui tradet te?* Cur hanc rem hoc loco inserit? Sed respondens Chrysostomus:
 Non ab re factum est, inquit, sed ut ostendat Petri post negationem fiduciā.
 Qui enim tunc non est ausus (puta in cena) Iesum interrogare, sed id maneris
 alteri delegarat: hic commissa sibi fratrum cura, non modo alterius
 cœm suam non mandat, sed & ipse magistrū pro Ioanne interrogat: & Io-
 annes quidem taceret, ipse autē loquitur. Præterea & suam in eum manifesta
 dilectionem. Diligebat enim mirum in modum Ioannem Petrus.

Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit Iesu: *Domine, hic autem quid?* Dicit ei Iesus *Sic cum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tume sequere.*

Dijec

Dilexerat Petrus Ioannem, & nunc quoque diligere non desit. Cum itaq;
Christum loquentem audisset de sua passione, qua Christum esset sequitur-
rus, videns Ioannem quoque sequi, interrogat Dominum, cupiens scire, quo
finc ille ex hac esset vita migraturus, & an vitam quoque ipse foret positu-
rus pro Christo. Erat autem Petrus ad interrogandum velocior, diligens Matth. 17.
illum, & non libenter ab eo volens diuidi. Sapienter enim le sociave-
rant, vt ex Euangelistis liquet, & ex Actis Apostolorum. Respondit ei Iesus,
ita tamen, vt nihil ex eius diceret responsione, sed magis dubitaret. Volut
enim Petrum compescere, qui in huiusmodi interrogatione steruentius so- Marc. 5. 6.
lebat profilire, nosq; simul erudire, nihil curiosus præter diuinam volun- Luke 4. 9.
tatem iuuestigandum. Quasi enim Petro diceret, ait Dominus: Quid ad te
pertinet scire, quid ego illi prouiderim? Tuum no[n] est ultra, quam ad te per-
ciner, quantumvis illum diligas, percontari. Sic eum volo manere: Aut, vt
quidam legunt: Si cum volo manere, quid ad te? Tu me sequere.

Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille no[n]
moritur. Et non dixit Iesus, Non moritur: sed, Sic eum voto
manere, donec veniam, quid ad te?

Ex his Christi verbis ambiguus mox ortus est intellectus. Nam & disci-
puli haec verba ita intellexerunt, quasi Dominus dixisset, Ioannem usque
ad finem mundi victurum, quando denuo veniret Dominus ad judicium,
cuius secundi aduentus sepe scriptura meminit. Veruntamen Ioannes ipse
hoc Euangelium scribens, huic contradicit opinioni, assueratque à Chri- Ioanne qd.
sto non dictum, se non moritur, sed mansurum, donec veniam. Quamob. modo Chri-
stum de Ioanne multiplex fuit opinio, cur illum, aut quomodo Dominus stus manere
manere voluerit. Fuerunt enim quidam (vt Augustinus refert) qui tradunt nio diuerso-
rum varia.
illlos mouet, quod legitur post longam senectutem sano & vegeto corpore
sepulchrum intrasse, nec eius interim inueniri corpus, nisi quod seaturigo
ibi inuenitur pulueris, atque ebullitio terræ: quod ex flatu quidam putant
ita venire dormientis. Hi circa finem mundi credunt illum à somno exci-
tandum, atque pro Christo passurum. Verum, hoc credendum facile no[n] est,
quia verisimile non est dilectiorem discipulū tanto tempore à gloria differ-
ri usque ad diē, puta iudicij, nec alio honore aut gaudio, quam somni quie-
te perfrui, quum interim minores alij sancti æterna fruatur beatitudine se-
cundum animam. Sunt alij, qui putant Ioannem translatum in paradisum, Apoc. II.
& cum Enoch & Helia tempore Antichristi rediturum, atque passurum. Ve-
rum huic contradicit opinio Apocalypsis eiusdem Ioannis, vbi de duobus
tantum narrat testibus, amicis suis, quos contra Antichristum mittet Deus in
hunc mundum: Dabo, inquit, duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille du-
centis sexaginta annidi saccis. His sunt duo oiuia, & duo candelabria in confectu Do-
mini terræ stantes. His si Ioānes additus fuisset tertius, no[n] tacuisse idem Apo-
stolus. Hieronymus nihil ambigit, quin Ioannes fuerit mortuus: quando-
quidem in sepulchrum suum ipse Ioannes ultra descenderit, interim tam
ab omni dolore mortis, quam à carnis corruptione alienus. Verūquo Deus
eius corpus absconderit, quidve cum illo operatus sit eidem cui omnia ar-

cana nota sunt, committit. Tertia opinio omniū est verisimilior, quod Iohannes mortis sibi adesse sentiens tempus, iuxta Dominicam reuelationem sibi factam (id enim omnibus fecisse Apostolis creditur, quod in cena vīsma eis videtur promisisse, se scilicet ante mortem visitaturum & ad se acceptum eos, quando dixit: *Cum abiero & preparaueror vobis locum, iterum veniam ad vos, & accipiam vos ad meipsum: & ubi ego sum, & vos sitis*) non langurem sensit, non lecto decubuit, sed in foueam descendens, leniter ad modū obdormientis tradidit spiritum. Vnde sicut beatissimæ suæ matris propter mortis dolorem, quem sub cruce ipsius stans pertulit, dolorem mortis seculit, ita creditur ex singulari priuilegio Ioanni dilectissimo suo discipulo, & beatissimæ Virginis custodi, quæ sub cruce tempore passionis suscitata doloribus stanti concessisse, ut moreretur quidem ipse, tamen à dolore mortis liber, & virginæ eius caro à corruptione maneret singulari prærogatiua immunis, quantotiusq; corpore & anima assumetur in cælum. Siquidem in eius sepulchro nihil aliud est inventum, quam manus gloria refudans. Magnum & singulariter est hoc. Verum, si Ioannis integritas, virginitas, sinceras, charitas, mansuetudo, laborumq; & vita diuinitatis atque sanctitas singularis attendatur, mirum non videbitur, ut tantus Apostolus, quem Dominus prædixerat, donec veniat, mansurum, absque passione aut supplicio, quomodo alij Apostoli sunt mortui, mortuum quidem, sed corpore & anima mox rursus glorificatum.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus, quia verum est testimonium eius.

Euangelistarum ultimo post alios omnes, Euangelium scriptis beatus Ioannes, cuius diuinæ doctrinæ testē seipsum, imo & veritatem subscriptis, afferens veritate hæc omnia esse vallata, atque super ipsa veritate fundata. Scriptis autem sub Nerua Imperatore, circa annum sexagesimum quintum ab Ascensione Domini, rogatus ab Episcopis Asiae, ut propter insurgentes heres circa diuinitatum Christi, scriberet Euangelium, quod diuinitatem enunciaret Christi. Triduano igitur ieunio indicto, & cunctis pro eo orantibus, scriptis hoc Euangelium suum, unde hæc legitimus, quod tam sublimiter est exorsus, ut humano vix possit capi intellectu. Fuit autem scribentis cura & studium, ut quod alij Evangelistæ satis dixissent, ipse præteriens taceret: quod illi tacuisse, ipse referaret. Scivit autem per experientiam, tum per diuinam reuelationem, tum per alijs argumenta se non deceptum, sed Deo hæc omnia inspirante scriptisse. Postremo Euangelij sui veritatem per magna miracula, soli Deo posibilia, pectorum nomen Iesu adstrinxit. Qua nos quoque legentes dicimus, Deum testimonium perhibuisse veritati Euangelij S. Ioannis. Quomodo enim Asiam convertisset aliter, nisi Euangelij prædicasset veritatem? Cuius utique prædicationem Deus miraculis & signis suam esse atque Euangelicam comprimit. Nos igitur his credeamus Christum diligamus, Christum confiteamur, Christum imitemur, eiusque Apostolum Ioannem, quem nunc in æterna sua fouera gloria, Deus in personis trinus atque natura unus ab omni creatura perpetuè benedictus, Amen.

SERMO

Iohann. 14.

S. Ioannes

Euang. quo-

pacto mor-

tius fuerit.

Ioh. 14.

Ioh. 19.

S. Ioannes

vt corpore

&

animæ sit glo-

ria refudans.

Magnum &

singulariter est hoc.

Verum, si

Ioannis integritas,

virginitas,

sinceritas,

charitas,

mansuetudo,

laborumq;

& vita

diuinitatis

atque sanctitas

singularis

attendatur,

mirum non

videbitur, ut

tantus

Apostolus,

quem

Dominus

prædixerat,

donec

veniat,

mansurum,

absque

passione

aut supplicio,

quomodo

alij Apostoli

sunt mortui,

mortuum qui-

dem,

sed corpore

& anima mox

rursus

glorificatum.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

.

IN FESTO S. IOANNIS EVANG.

SERMO IN EODEM FESTO.

99

Vt Christum Iesum per aduersari & prospera constanter sequi debeamus: & de quibusdam eximiis donis sancto Ioanni dominitus collatis.

Dixit Iesu Simoni Petro: sequere me. Ioannis XXI. Dominus noster Iesus Christus, qui vt nos oues errantes ad ouile nostrum, puta cælestem paradisum reduceret (procul enim ab Hierusalem patria nostra recesseramus in Hiericho) humanam assumpsit et naturam, multis modis adhortari non destitit humanum genus, vt relictis illis, quæ ab æterna excluderent vita, id est, vitijs, peccantiam agerent, & ad veras excollendas virtutes, quibus vita obtinetur æterna, se se conferrent. Ea enim sola ex causa venientia in hunc mundum, ut nos ad amissam beatitudinem reuocaret. Itaq; & verbis nos abundantissimè instruxit, & præterea etiam exemplis animauit. Parum enim erat immensæ illius charitati legem nobis præscribere, quam seruaremus, parum itidem iter ostendere quo pergeremus, nisi etiam ipse se interducem nobis præberet. Hac de causa quanta fecerit, quanta perpeccus sit, omnes Evangelij pagina loquuntur. Nimirum id præcipuum illius desiderium, cura, studiu fuit semper, ut quibuscunq; possit rationibus ad rectâ nos reduceret viam, à qua nos nimis aberrasse non erat nescius, atq; ab indignissima dæmonum & vitorū seruitute abstractos & liberatos, in libertatem filiorū Dei nos restitueret. Sæpius igitur monet nos, ut se sequamur. Cur hoc? Ipse estenim via: & nemo venit ad Patrem nisi per ipsum. Et ne Ioan. 14. forrassis per deuia erraremus, nesciremusq; quo sit pergendum itinere, in se ipso nobis omnigenarum expressit virtutum exempla, quibus si inhærente velimus, non possimus inquam duci in errorem, aut aberrare à vera salute, ad quam vt diximus, nos reuocare maximopere voluit. Inspicienda ergo nobis est vita illius, & qua eam ratione transigerit considerandū, ut quæ eum lectatū fuisse perspexerimus, nobis quoque imitanda, quæ vero fugisse, cauenda ac fugienda sciamus. Eo namque hortantur nos ea quoq; verba quæ iam paulo superius recitauiimus, quibus ait ad Simonem Petrum, atque adeo etiam ad vnumquemlibet è religione Christianum: Sequere me: tanquam diceret: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hoc enim sequi Christum, eius vitam imitari. Ab hac Christi imitatione nemo exceptus est. Atque eam ob rem, ut nemo se posset excusare, tanquam humanas excedat vires, sequi Dominum Salvatorem, idem ipse usq; nam Christus quos tuos nos perf. etionis nobis exempla præbens, ut sciamus quæ sit voluntas Dei non solum bona, quæ est omnibus necessaria, aut beneplacens, quæ ad profici- Rom. 12. entes pertinet, sed etiam perfecto, quā non nisi absoluæ virtutis, id est, per-

Ioan. 11.
Ioan. 11.

Actus quoq;
bis imitabili-
les propo-
luit.

Virtutes
quaenam
omnibus i-
mitabiles
Christus pro-
posuit.

fecti homines sectantur & inquirunt. Porro quod in omnibus semper miri-
di rerumq[ue] labentium contemptum, quod profundam humilitatem, admi-
randam mansuetudinem, promptissimam nedum erga Deum Patrem, sed
etiam erga matrem sanctissimam & beatum patriarcham Iosephum, atque
iam alios homines obedientiam, itemq[ue] fidissimam charitatem, benevolentiam,
fides, patientiam, multasq[ue] alias virtutes preseculit, id nimur um o-
mnibus in commune proposuit imitandum. Haec sunt enim verae virtutes, sim-
quibus nemini patet aditus ad regna celorum: & de his intelligi debet, quod
ait: Sequere me. Videat iam unusquislibet vitam illius, & quibus ea fulserit

Virtutes Chri-
stianae qd-
nam faciat
sueus.
Matth. 11.

Hostes ani-
mae capitales
tres quinam
sunt.

i. Ioan. 2.
Radicis vi-
tiorum om-
nia que sunt,

Carni hosti-
qui refisen-
dum sit.

Matth. 4.
Marc. 1.
Luca 4.

Mundus ho-
bis quinam
vincendus.

Matth. 2.
Luca 9.

virtutibus, easque in se exprimere curerit. Nec frangatur animo, si quædam
præsertim in initio sese offerat difficultas, sed de Dei sui ope ac pietate secu-
rus perseveret in hoc tam salutari proposto, & paulatim eo pertingeret, vt
quod prius durum ac molestum experiebatur, postea iucundum ac suauem
sentiar. Non enim potest mentiri veritas, quæ ait: Iugum meum suave est, &
onus meum leue. Verum non deerunt, qui in partem diuersam, studiaque
planè contraria Christum sequi instituentem illicere ac pertrahere conen-
tur. Habemus enim omnes & singuli tres hostes capitales, qui noctes ac
dies magna imporrunitate ad suas partes nos inflecent, & à Christi imita-
tione abducere moliuntur. Hostes isti caro sunt, & mundus ac diabolus
Hostes reuera pernitiales, & qui iunumeros traxerint in tartara. Caro qui-
dem suis nos nititur irretire voluptatibus, foodisq[ue] concupiscentijs: mundus
ostentat & ingerit obtutibus nostris quæ auare ambiamus: diabolus ani-
mam quodam tumore exaltatione inflat, nec finit nos humiliare Christum
per placidissima humilitatis itinera sequi. Ita iam habemus hic concupi-
scientiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vita: quæ vt sum-
vitiorum omnium radices, ita perpetuo sese nobis ingerunt, & velut in animis
nostros irrepare nituntur, hac vtique sententia, vt Christum eiulsiq[ue]
gratiam à nobis excludant. Quod quia non latuit piissimum animarum no-
strarum medicum, ne horum præstigijs & fallacijs seduceremur, iussit vt
potius sequamur, certus videlicet nullam esse efficaciem ijs resistendi
quæ superandi rationem, quam si ipsius vestigijs in hæramus. Itaque si blan-
ditur caro, & suis nos oblectamentis illaqueare tentat, mox vertendus es-
timus ad exempla Christi Iesu consideranda, vt videamus, quam ille semper
carnem suam licet innocentissimam multis affixerit modis, pura ie-
nijs, etiam diuturnis, precibus admodum prolixis, laboribus, fatigacionis-
bus, fame, siti, frigore, astu, nuditate, (Nam semper caput ac pedes nudus
incepsit) alijsque similibus, atque ex his si non omnia, saltet quædam etiam
nos ad edemandam carnis petulantiam assumamus. Absit enim, vt quid-
que ira sit stolidus, vt putet absque villo labore vel dolore posse se carnis vi-
ta superare.

Poro si mundus vanis suis promissois euertere nos conetur, opesq[ue] nobis
amplias possessiones fallaciter ingerat, itidem ad Christum, tanquam effica-
cissimum aduersum quævis venena antidotum mentis oculi referendi sunt
vt inspiciamus, quantopere omnes vita temporarie etiam necessarias fa-
cultates ipse spreuerit, adeo vt nec tantillum quidem ex rebus præsentibus
commodi habere consenserit, ubi caput suum reclinaret. Quare dubium

zion est, quin mundi huius bona maximè contemnenda declarare voluerit. Dæmon ho-
stis quinam
superandus.
Demum si damnatus ille malorum spirituum cœtus animi fastu ac superbia nos inflare molietur, vt ambiamus honores & pompas vitæ labentis ac momentaneæ, rursum ad Christum Iesum spectandum animi obtutus intendendi sunt, vt religiose ac sedulo intueamur, vt ipse olim cum se sciret rapiendum à populo ad regni fastigia, planè refugerit, seseque occultarit, 102.6.

totog vitæ suæ spatio semper abiectissimus & despiciens vixerit, vt sua

humilitate & nos fidissime instrueret, & dæmonem superbissimum profructu

elideret ac confutaret. Ita te semper in Christo Iesu tanquam optimo ac pre-

clarissimo duce efficacissima inueniemus aduersus quævis vitia, in qua nos

iam memorati hostes pellere velint, remedia, si tantum non recusemus

oculis cordis eius exempla fideliter ac studiose intueri, & imitada suscipere,

Math. 4.

Tempus ha-
ius seculi
Christianorū
quanto la-
chrymarum
founte plan-
gendum.

Cur enim alioqui nos sequi se iuberet, nisi ipse probe nosset, in sua vita, tanquam in speculo clarissimo omnigenas relucere virtutes, quibus nos contra omne vitiorum genus, qualia ea sint, communire queamus? Vnde maximopere dolendum, & omni lachrymarum fonte plangendum est ab omnium ferè Christianorum cordibus, eorum quæ idem ipse benignissimus Salvator noster propter nos assumpit, fecit & percessus est, memoriam ita prorsus exclusam, vt nihil minus libeat, quam eorum vel tenuiter meminisse. Et tamen ipse Dominus sciens ex quanta, quamq[ue] incomprehensi- bili charitate & misericordia talia egisset ac pertulisset, quantus item ad nos ex grata & pia illorum recordatione redeat fructus & utilitas, præcelissimi- muni sui corporis & sanguinis sacramentum instituit, nobisque confiden- dum & sumendum dereliquit, in sui, vt ipse ait, commemorationem, vt scilicet immensa charitatis, ærumnosæ vitæ, acerba passionis, & ignominiosissimæ mortis ipsius perpetuæ memores essemus, atque quotidianus tanti sacramenti usus & aspectus horum nobis memoriam iugiter refricaret: ex ipsa autem frequenti & sedula eorum commemoratione primo quidem vide- remus, atque perspiceremus, quænam eligenda, quæve fugienda sint, deinde etiam ad ea siue amplectenda, siue responda accenderemur. Hoc enim præstat deuota & frequens vitæ & passionis Christi commemoratio, vt non solum quid vitium, quid virtus sit, inde perspicue intelligamus. Verum- iam paulatim magis ac magis vitiorum odio, & virtutum amore inflam- memur, atque adeo etiam ad omnem diuinam capessendam gratiam apti, ac habiles reddamur. Nec poterit vñquam præstare id quod Christus adferat.

hortatur & iuber, dum vt se sequamus præcipit, quisquis illius vitæ & pas- sionis vitam dicit immemorem. Quomodo enim sequaris illum, cuius non habes viam certam notitiam? Qui verò illum nosse qureas, cuius res ges- tas ac vitæ ordinem, itemq[ue] exempla & vestigia contueri, & explorata ha- berere non curas? Ergo vt idonei simus spectatores Christi, nō nos pigeat iden- tidem animo & cogitatione complecti ea, quæ ipse propter nos agere ac per- petri non est dignatus. Et vt libentius his commemorandis operam de- Passionem Dó- minica fre- quens com- memoratio

Passionem Domini canam, quando ita se offert occasio, placet hoc loco nouem recensere haud vulgares utilitates, quas Dominus Iesus cuidam amico suo per reuelationem ditatam no- indicauit assequi eum, qui eius passionem subinde ad memoriam reuocer. uem profes- re utilitates.

Prima utilitas est, quod hoc ipso ab omnibus repurgatur, & quicquid ne-

n. 3. glexit,

glexit, Christi meritis resarcitur, atque restituitur. Secunda, quod aduersum hostes suos usque adeo corroboratur, ut eum superare non possint. Tertia, quod vires accipit ad quilibet colendas virtutes, & quaevis bona exequenda opera. Quarta, quod quamlibet breui temporis spatio in ea commemoranda sece occupet, semper anima illius in Dei gratia renouatur. Quinta, quod deuotè eam commemoranti, Christus ipse libenter adest. Sexta, quod arcana, quæ Deus Pater Christo manifesta reddidit, etiam ipsi libenter Christus revelat. Septima, quod ante obitum ad perfectionis eum apicem Christus perducet, & vita funetur cum amantissimis amicis suis remunerabitur. Octava, quod nulli unquam seriz acrationabili petitioni illius Christus negabit assensum. Nona, quod in morte Christus ei aderit, atque ab hostibus defensum, de vita æterna certum ac securum efficiet. Has virtutes quum Dominus, ut iam diximus, cuidam excellentis meriti amico suo revelaret, simul eidem conquisitus est paucissimos inueniri, qui ipsius velint leuare onera, eiusq[ue] angustijs, doloribus & afflictionibus compati, & ad mentem reducere, qua propter nos perpeti dignatus est, quum tamen certissimum sit, etiam neglecta & perdita omnia in præclarissimo passionis eius thesauro reperiri, restaurari, ac recuperari posse. Atque equidem affirmare non dubitem non aliam esse causam maiorem, cur Christianorum multo maxima pars usque adeo in omnibus virtutum genus præcepit ruat, nisi quod tantam Christi charitatem, quam nobis in assumpti hominis vita & passione abundantissimè declarauit, nolunt reuocare ad memoriam, atque pro ea debitas Deo gratias agere. Multa hinc leguntur tremenda & inquietuenda in scriptis sanctorum virorum, atque etiam in Reuelationibus laetissimæ illius viduæ Brigitæ, quarum non est leuis apud pios omnes autoritas. Verum dum hæc de Dominicæ passione agimus, videbimus fontibus dilectissimi, recessisse ab instituto. Sed quisquis rem bene perpendet, nihil nos alienum attulisse sentiet. Cum enim Dominus nos sequi hotetur, id autem fieri non possit, nisi quæ ab illo nobis imitanda proposita sint nouerimus, eaq[ue] non nisi sedula eorum quæ pro nobis egit & perpessus est commemoratione discantur, nihil à proposito fuit alienum ad commendrandam vitam & passionem illius vos adhortari. In ijs enim maximè eluent virtutes eius, ad quarum imitationem nos inuitat, dum ait: *Sequere me.* Quod paulo significantius sanctus Ioannes Euangelista his verbis expressit: *Qui dicit se in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulare & ipse ambulare.* Cuius quidem admodum præcellentis Apostoli & Euangelistæ, quando festum hodie diem colimus, committere non debemus, quin vestre charitati ad honorem Dei vestramq[ue] adificationem de illius eximis quibusdam virtutibus atque prærogatiis nonnihil proferamus. Cur enim sanctorum ab Ecclesia solennitates celebrantur, nisi ut illorum res præclaræ gestæ virtutesque & dona, quibus diuinitus aucti sunt, hominibus proponantur, quæ a tum imitari, tum desiderare, quatenus fas est, studeant, atque eorum implorent patrocinium, & apud souerissimum iudicem Deum eos libi adiutores ac defensores parent? Difficillimum autem reuera fuerit, imo & impossibile huius præclarissimi Apostoli merita pro dignitate extollere, atque eius virtutes congruis celebrare encomijs. Sed tamen propterea eas omnino

*Perestorum
multiplici-
tatis huic-
us nostri se-
culi causa
principia
quæ finit.
D. Brigitæ
librorum au-
toritas.*

Ioan. 21,

Colos. 2,

*Solennitates
sanctorum
celebrandi
ratio quæ.*

IN FESTO S. IOANNIS EVANG.

103

no ceu canes muti silentio præterire non debemus. Dicamus ergo inde vel
 parum aliquid ad honorem Christi, & tanti Apostoli venerationem. Certe
 dubium non est, quin in huic vnum tot suæ gratiæ dona contulerit Domi-
 nus Iesus, vt merito Christiani omnes singulari eum studio amore & ho-
 nore prosequi debeant. Et vt multa summatis perstringamus, fuit Apo-
 stolus, & quidem ex præcipuis vnis: fuit Evangelista, imo princeps Euangeliarum: fuit propheta, fuit martyr, fuit confessor, fuit virgo pudicissimus: in cœna supra pectus Domini recubuit, dulcedine corporis & sanguinis eius ebriatus, haustumque sapientia & gustum dulcedinis diuinæ percepit: fuit post mortem Christi peculiaris virginis matris custos & filius, fuit Christo inter Apostolos longè charissimus, fuit eiusdem Christi consobrinus, fuit denique Christo patienti & morienti comes penè indiuiduus atque fidissimus. Vides quam multis sit decoratus ornamenti: quæ si particulatum fusus explicare ac pertractare velimus, quanta hic erit laudum eius materia, quam ingens campus? Sed fortassis onerosi essemus. In ipso Euangelio quod scripti, in epistolis item & Apocalypsi sua nonne singulari quadam cœlestis gratiæ aspiratione vslus videtur? Quam cuncta illius verba verè ignea sunt, & diuinæ spirantia amorem, vt de eo peculiariter dicatum videri possit: *Ignatum eloquium tuum vehementer.* Quantopere conatur Psalm. 113.
 tum Dei erga nos commendare nobis amorem, tum nostrum in Deum &
 proximum verbis mellifluis & verè aculeatis accendere? Quam dulcissimo
 vbiique spiritu vtitur, vt vel ex hoc ipso agnoscas in eius castissimo pectore
 nil nisi amorem, benignitatem, dulcedinem, pietatem, misericordiam refe-
 disse. Iam quid non venerationis haberet, quod (sicut in Ecclesiastica refer-
 tur historia Eusebij Cœsariensis) quum iuuenem quandam cuidam com-
 mendasset Episcopo, isque primo quidem diligentissime eius gesuisset cu-
 ram, sed postea remissius se gerens, iuueni tantorum quodammodo malo-
 rum præstisset occasionem, vt flagitijs omnibus se manciparet, multis-
 que sibi adiunctis, latrocinia crudelissime, ceu eorum princeps exerceret, id-
 que aliquanto post sacratissimum Christi Apostolus rescripsit ex ipso cui cum
 commendarat Episcopo, scidit vestimenta sua, & cum ingenti gemitu feri-
 ens caput suum, ita ait ad Episcopum: Bonum te custodem animæ fratris
 dereliqui. Nec his contentus, mox iter arripuit ad montem, in quo iuue-
 nis ferocissimus demorabatur: cumque ad eum venisset, & iuuenis agnito
 eo, actus pudore in fugam verteretur, D. Ioannes aratis oblitus, tantum sa-
 lutem illius miseri cogitans, eum insequitur, atque post eum clamat: Quid
 fugis ô fili patrem tuum? Quid fugis inermem senem? Miser hære: noli time-
 re, adhuc habes spem vitæ. Ego Christo rationem reddam pro te, &c. His
 auditis subficit iuuenis: & vehementissimo animi dolore compunctus, A-
 postoli pedibus prouolutus est. Sed & Apostolus eius genibus prouolutus
 eius dexteram tanquam iam per poenitentiam purgatam osculari cepit.
 Deinde ad Ecclesiam eum reduxit & in desinenter pro eo orationes profun-
 dens, & cum ipso pariter dicens crebra ieunia, indulgentiam à Deo,
 quam ei pollicitus fuerat expetebat. Nec prius abstiit, quam eum in o-
 mnibus emendatum etiam Ecclesiæ præficeret. Si cui liber huius rei ple-
 niorem habere notitiam, legat historiam Ecclesiasticam Eusebij Cœsariensis

Ioannis Eu-
angelista
prærogativa
& sanctitas
quanta.

Zelus ani-
maram quâ-
tus pedoti
D. Ioannis
Apostoli in-
federis.

libro III. cap. XVII. Nos in compendium, quæ ibi latius referuntur contraximus. Quis hanc tantam Apostoli iam senio grauati charitate pñto animi affectu & summo studio exosculetur & prædicet? Quis non omni amore & veneratione tam piissimum senem prosequatur? Audiuit ouem raptam lupi tarrarei dñtibus, nec sine vita periculo eam recuperare licebat, & tamen intrepidus pergit ad ipsam latronum arcem, & quasi tota salus sua ex illa anima penderet, ita anxius eam nitebatur ad viam reducere, & peccatorum suorum magnitudine deterretur, etiam se pro ea Christo rationem redditurum pollicebatur. O quam excellenter ipse egit, quod in sua docet epistola, ita dicens: *Et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Agendum dilectissimi honorem tam præcellentis meriti, tam flagrantis charitatis Apostolum Dei, eiusque suffragia apud Deum quotidianis precibus ambiamus. Nec dubitemus, quin propensissima voluntate nostri apud Deum curam sit habiturus iam beatus in celis, qui olim adhuc fragili inducis carne, tanta sollicitudine perditum iuuenem quæsivit, inuentum reduxit, & reducito veniam impetravit. Nemo prorsus ambigat charissimi vnum præcipuis esse beneficijs Dei, vt quis erga illius sanctos, maximè tam illustres & eximios pñx deuotionis & amoris affectu prædictus sit. Esto Lutherus & eius affectus & sanctorum invocationem damnent. Num propterea nos nobis debemus sanctos venerari, eorumque poscere suffragia? Quid venenata diabolii lingua, que per os Lutheri miseram ac rudem plebeculam in tantum fascinavit, ut etiam idolatriæ crimen putent sanctis honorem exhibere. Et tamen pñj omnes nihil dubitant clementissimum Deum innumeris grauibus periculis, imo & ab ipsa æterna damnatione sepius liberasse, & tantum nomine, quod sanctos eius aliquo venerationis studio prosequuntur. Hac ita sunt manifesta, ac infinitis penè probata exemplis, vt superfluum sit pluribus inde agere. Gaudeant & gratias agant Deo, quoquale alius sancti amore præditos sentiunt, nec quicquam curent demoni præstigia, quibus hodie innumeros à diuorum veneratione precepsis astraxit, non aliquo sanctorum damno, qui iam perfecta cum Deo beatitudine perfrruntur, sed ineffabili miserorum detimento, qui cum Deum sibi peccatis grauissime offendant, etiam omnem libi spem venia präcludunt amicos Dei contemnunt, quorum meritis & præcibus possent adiutori apud Deum, quemadmodum innumeris evenisse constat. Possem hoc loco etiam certa recitare beneficia, quæ Deus Omnipotens speciatim per hum. B. Ioannem Apostolum suum multis impertijt, ipsum pñè inuocantibus, sed vitanda prolixitas est, & finis nostro sermoni imponendus. Itaque diligissimi, vt ab initio dixi, sequamur Christum, & quicquid siue caro, siue mædus, siue diabolus, quod ab illius voluntate disorderet, nobis ingesserit, penitus contemnamus, atque vt hac in parte firmiores simus, muniamus nos sedula vita & passionis eius commemoratione: & ne forte nostris vitis Deus offensus gratiam suam nobis infundere nolit, qua hæc præstare possumus, hunc beatum Apostolum & Euangelistam pro nobis apud Deum intercessorem adhibeamus: quod quidem facillimè efficiemus, si quotidie aliquid ei venerationis impenderimus, deuotisque cum precibus pulsare

Beneficium
Dei quale ut
q's sanctiorū
veneratioi
deditus sit.
Lutheri no-
rum in san-
ctos impie-
tas quantia.

IN FESTO SS. INNOCENTVM.

rimus, ut suis precibus Christi nobis gratiam conciliet, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

105

IN FESTO SANCTORVM INNOCENTVM
martyrum, Lectio Apocalyp. beati Ioannis A-
postoli, cap. XIII.

In diebus illis, Vidi supramontem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruhi magni: & vocem quam audiui, sicut citharae dorum citharizantium in eutharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante se dem, & ante quatuor animalia & seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. His sunt qui cum mulieribus non sunt coquimur, virgines enim sunt. His sequuntur agnum quoconque erit. His sunt ex omnibus primitie Deo, & agno, & in ore eorum non est invenire mendacium. Sine macula sunt ante thronum Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIENM.

Quandoquidem hodie sanctorum innocentium martyrum solennitatem celebramus, qui Christo recens nato non loquendo quidem neque intelligendo, neque operando, sed tantum moriendo testimonium reddiderunt, atque eo genere martyrij ab impio Herode coronati sunt, quod solo opere non voluntate suscipitur, congrue nimis præsens Lectio Epistola loco in Ecclesia recitatur, utpote in qua mentio sit virginum simul & martyrum, cuiusmodi hos beatissimos parvulos fuisset constata: rametsi ipsa Apocalypsis verba ad solas virgines possint accommodari. At ergo S. Ioannes: Vidi per spiritalem intelligentiam, aut imaginariam visionem, agnum stantem, de quo sacratissimus Christi Baptista Ioannes olim dixerat: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi: agnus vitique ob singularem innocentiam & manuetudinem, qui peccatum non fecit, & coram tandemibus se misericordiis diaboli prouersus obmutuit, ne vnum saltem asperius verbum proferens.* Ioan. 1. 1. Pet. 2. Eliaz 53. Hunc ergo stantem vidi, tanquam paratum ad ferendum auxilium cunctis eius opem poscentibus, supra montem Sion, id est, vel militantem, vel triumphantem Ecclesiam. Vtriusque enim rex & princeps atque caput est Christus, sicut eius verbis in Psalmo dicitur: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion.* Psalm. 2. *montem sanctum eius.* Et cum eo centum quadraginta quatuor millia, subaudi, stantes erant. Si quidem eriam sancti mortalibus auxilio sunt. Positus est autem hic numerus definitus pro indefinito, quo sanctorum illorum viuenteritas comprehenditur, de quibus hic agit. Per ipsa verda centum quadraginta quatuor millia intellige cunctorum martyrum agmina, qui carnis & membrorum integratatem seruauerunt. Apud Deum enim illi maiori excellunt dignitate, quos martyrium simul & virginitas exornant: quandoquidem primum.

• prius